



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Coloniam Vicham, ab oculo laborantem. 268

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

268 Huic non est dissimile, quod de Colonia Vicha, Ludouici coniuge, compertum habemus. Ea post trimestres capitis turbas, huc miseriarum est redacta, vt lusca, vnius oculi vsum lumenque amiserit; delapsa superne palpebra, visumque cooperiente. Laborabant medici certatim atque chirurgi, ignauum operculum excitare. Sed omnis eos ars deficiebat. Ita iis pro damnato tunc oculus habitus. Igitur laboranti nomen IGNATII imponitur; & eodem simul momento, iniussa palpebra se attollit; diemque oculo non impeditum reducit.

269 Nec omnia IGNATIO Germania est; sed in Septentriones quoque eius beneficia pertinere. Nam Eberspergæ, non procul Monachicæ, (quæ Principum Botorum sedes est) mulier per noctes diesque binas parturiuerat; prius occubitu